

fuit excessus David dicentis. Ego dixi in excessu meo ois ho mendax. Tercio ut contemplet eam in sua essentia. Et talis fuit raptus pauli. et etiam moysi. et saris congruent. Ita sic Moyses fuit primus doctor iudeorum. ita paulus fuit primus doctor gentium. Ad tertiam rursus. negando consequentiam. Dicitur ei quod licet paulus in illo raptu non fuerit beatus simpliciter. fuit tamen secundum quid beatus quasi in quodam transitu. et ita vidit divinam essentiam in quodam transitu. Pro quo notandum quod divina essentia videri ab intellectu creato non potest nisi per lumen glorie. quod tamen dupliciter precipari potest. Uno modo per modum forme immanentis. et sic beatus facit in patria. Alio modo per modum cuiusdam passionis transcurrentis. et hoc modo lumen illud fuit in paulo quando raptus fuit. unde ex tali visione non fuit beatus simpliciter ut fieret redundantia ad corpus sed solum secundum quid. Ad quartam rursus. negando consequentiam. Et ratio est. quia paulus in raptu non fuit beatus habitualiter. sed solum habuit actum beatitudinis. prius est ut simul tunc in eo non fuerit actus fidei. fuit tamen in eo sicut fidei habitus.

Ad secundam questionem. sic proceditur. Et videtur quod paulus non ignoraverit an anima eius fuerit a corpore separata. Primo sic. Ipse apostolus dicit. 1. Cor. xij. Scio homines in christo rapti usque ad tertium celum. hoc homines notat oppositum ex corpore et anima. raptus autem differt a morte. videtur quod ipse sciverit animam non fuisse per mortem a corpore separata. Secundo sic. ex eisdem dictis apostoli. Ipse paulus scivit quomodo raptus fuit. quia in tertium celum. hoc est. hoc videtur scivisse videtur fuerit in corpore vel non. quia scivit tertium celum esse aliquid corporale. consequens est quod sciverit animam suam a corpore separatam. quia visio rei corporee non potest fieri nisi per corpus ergo videtur quod non ignoraverit an anima fuerit a corpore separata. Tertio sic. Dicit Augustinus. xij. super Genesim. ad litteram. quod paulus in raptu vidit illa visione deum quod videtur sancti in patria. sed sancti ex hoc ipso quod vident deum scivunt an anima eorum sint a corporibus separate. ergo et paulus hoc scivit. In oppositum dicitur ipsi apostoli dicentis. 1. Cor. xij. Siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit. Respondeo hoc sunt varij modi dicendi. quos enarrare inutile esset. et ideo dimissis illis dicendum est ut sanctus Thomas in secunda sede. quod apostolus nescivit videtur eius anima fuerit a corpore separata. Illa conclusio videtur auctoritate Augustini quod xij. super Genesim. ad litteram. per longam inquisitionem concludens dicit. Restat ergo fortasse ut hoc ipsum ignorasse eum intelligamus. verum quoniam in tertium celum raptus est in corpore fuit anima quod est anima in corpore cum corpore vivere dicitur siue emulantis siue dormientis. siue in extasi a sensibus corporis alienati. an anima de corpore exiret. ut mortuum corpus iaceret. Ad rationem in oppositum. Ad primam rursus. negando consequentiam. Et ratio est. quia per simonem doctorem quod quod per homines hoc notatur. et precipue anima quod est per homines eminentior. Ad secundam rursus. negando consequentiam. Et ratio est. quia apostolus scivit illud celum esse corporale et tamen hoc poterat asserere per intellectum eius etiam si anima eius non esset a corpore separata. Ad tertiam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia visio pauli in raptu non fuit omnino similis visioni beatorum. unde fuit quantum ad aliquid similem visionem beatorum sed quantum ad id quod videbatur. et quantum ad aliquid dissimilem sed quantum ad modum videndi. quia non ita perfecte vidit sicut sancti qui sunt in patria. Unde Augustinus dicit. xij. super Genesim. ad litteram. Apostolo arrepto a carnalibus sensibus in tertium celum hoc videtur ad plenam perfectam cognitionem rebus quod angelus videt siue in corpore siue extra